መናፍቃን፡ ſciſmatici, rebelles, contumaces, hæretici.

ነፈኀ : & ነፈሐ : flauit,ſufflauit,inſufflauit buccinauit,ſpirauit. *pſ.*80.4. ንፍኁ : ቀርነ : buccinatę. *pſ.* 147.8. ይነፍኅ: flabit ſpiritus. *Ioann.* 3.15. ſpiritus vbi vult ይነፍኅ : ſpirat. *&* *cap.* 20. 22. hoc cum dixiſſet ነፍኀ : ላዕሌሆሙ: infufflauit ſuper eos.

Nom. ንፍሐት : flatus. *act.* 27. 40. በንፍሐት : ነፋስ : ſecundum aure flatum.

ነጠብጣብ : ſtillæ, guttæ, ſtillicidia. *pſ.* 64.11. ወበነጠብጣቢከ : & in ſtillicidiis tuis germinans lætabitur. *pſ.* 71.6. ወከመ : ነጠብጣብ : & ſicut ſtillicidia.

እንጠብጠበ : ſtillauit, deſtillauit. *pſ.* 7.1.6. ዘያንጠበጥበ : quæ ſtillant ſuper terram.

እንጠልዐ : expandit *vide* ጠልዐ :



LIT-

LITERA አ A

ኡ፡ *secundæ claſsis*, Heus, *particula vocandi.*
ኢ፡ *tertiæ claſsis*, non, nequaquam, minimè, haud, haudquaquam. *particula negandi.*
ኦ፡ O, euge, *ſeptimæ claſsis, particula vocantis & laudantis.* Mat. 25.21. Luc. 19.17. ኦገብር፡ ኄር፡ euge ſerue bone.
አሀ፡ Eia, agedum. *particula hortandi.*
አሆ፡ *idem quod* አወ፡ *particula reſpondendi affirmatè.* etiam, ita, maximè, quidni? Mat. 21.30. reſpondit & dixit አሆ፡ etiam Domine mi. *Item particula diſiunctiua. Iacob* 3.3. አሆ፡ etiam &c.
አላ፡ & ኣላ፡ *particula aduerſatiua*, at, aſt, ſed, verum. Luc. 5.32. non veni vocare iuſtos ኣላ፡ ſed peccatores. Ioã. 19. 34. አላ፡ ſed vnus militum.
እለ፡ *pronomen relatiuum qui, quę, quod. pſ.* 118. 1. beati እለ፡ qui ſcrutantur &c. Luc. 23.40. & mulieres እለ፡ quæ ſecutæ eum fuerant. *Ioan.* 10.27. cognocunt me እለ፡ኣየ፡ meę, *quę meę ſunt.*
እሉ፡ & እሉንቱ፡ illi, iſti. *fem.* እላንተ፡ illæ iſtæ. Luc. 3.8. እምእሉንቱ፡ de iſtis lapidibus. *act.* 2. 7. nonne

homines Galilæi እሉ ፡ ኵሎሙ ፡ iſti omnes. & cap. 9. 37. factum eſt autem በእሎንቱ ፡ መዋዕል ፡ in illis diebus.

ኤሊ ፡ Eli *nom.prop. vir.*Luc.3. 23.

ኤልኤል ፡ *quere in* ለዐለ ፡

አሌሉ ፡ væ. *Matt.* 18. 17. አሌሉ ፡ ለዓለም ፡ væ mundo. አሌለኪ ፡ væ tibi.

ኤለማስ ፡ Elimas. *Nom.prop.vir.act.* 13.8.

ኤልሞዳም ፡ Elmadan.*nom.prop. vir.Luc.* 3.28.

ኤሊሳቤጥ ፡ Elizabeth. N*om.prop.mul.Luc.*1.5.

እሌስክንድሮስ ፡ Alexander.*nom.prop.vir. act.* 19.33.

እለስክንድርያ ፡ Alexandria.*nom.prop.ciuit.*

ኤልሳዕ ፡ Eliſeus. *nom.prop.prophetæ.luc.* 4.27.

አልቦ ፡ non, minimè,nemo,nihil,ſinè, abſque, nequaquam.*Luc.* 1.6. አልቦ ፡ nequaquam *ſed* Ioannes vocabitur.*Ioan.* 8.7. ዘአልቦ ፡ ኃጢአት ፡ qui ſine peccato eſt. *apoc.* 3.7. ወአልቦ ፡ & nemo claudit.

አሎቀ ፡ *vide* ዐለወ ፡ ſubuertit.

አለቲኖን ፡ ἀληθὴς ፡ verax,verus.*in miſs.* 159.4.Deus noſter Ieſu Chriſte አለቲኖን ፡ ἀληθὴς.

አልኩ ፡ & አልኩቱ ፡ reliqui , reliquæ , cęteri, alij, aliæ &c. M*at.* 25. 11. nouiſſimè verò veniunt አልኩቱ ፡ reliquę virgines. M*ar.* 12.9. veniet, & perdet ለእለ ኩቱ ፡ iſtos colonos.

ኤልዓዛር ፡ Eliazar, Eliezar, Lazarus. *nom. prop. vir.* M*att.* 1.15. Luc.. 3.27. *Ioan.* 11.1.

ኤልዛቤል ፡ Ieſabel. *nom.prop.mul. apoc.* 2.20.

ኤልያስ ፡ Elias. *nom.prop.prophetę.Luc.*4.26.
ኤሊያቄም ፡ Eliacim. *Nom.prop.vir.Matt.*1.13.
ኤሊዩድ ፡ Eliud. *Nom.prop.vir.Matt.*1. 14.
ኤላዳ ፡ Gręcia. *nom. Reg. act.*20.2.
እልፍ ፡ mille,*plur.* አእላፍ ፡ millia. ¶ *ſingulare non eſt adeo in vſu, ſed pro eo communiter reperitur* ዐሠርቱ ፡ ምእት ፡ *decies centum.pſ.* 90.7.cadent à latere tuo ዐሠርቱ ፡ ምእት ፡ አእላፍ ፡ mille, millia à dextris tuis.*in miſ.* 163.4.populi tui ſint benedicti benedictionibus አእልፍ ፡ አእላፈት ፡ ወትእልፈት ፡ አእላፈት ፡ millies millibus, & iterum millies millibus.*Cant.*5.10.electus እምአእላፍ ፡ ex millibus.
አሐዱ ፡ vnus, quidam.*fem.*አሐቲ ፡ vna, quædam. *Luc.* 16.1.አሐዱእ ፡ ብእሲ ፡ quidam homo·*Ioan.*1.15.አሐዱ ፡ ዋሕድ ፡ vnicus, vnigenitus.*pſ.* 21.22.ዘአሐዱ ፡ ቀርኑ ፡ vnicornis.
እሙ ፡ *Nom.* mater. *Ioan.*2.1.እሙ ፡ ለእግዚእ ፡ ኢየሱስ ፡ mater Ieſu.
እም ፡ *præpoſitio*, a, ab, ex, de, è, prę. *Rom.*10.9.እም ሙታን ፡ à mortuis. ¶ *eliditur* መ ፡ *nominis*, መዉታን ፡ *&* *hoc ſemper cum nomen ſubſequens incipit à* መ ፡ *vel vt hoc euitetur, præpoſitioni affigitur* ነ ፡ *Ioan.*12.20.እምነ ፡ ምዉታን ፡ à mortuis.*Interdū poſtponitur* ኀበ ፡ ad ውስተ ፡ in vel ላዕለ ፡ ſuper, *ſine ſignificatione, Emphaſeos cauſa. Matt.* 17.25.እምኀበ ፡ መኑ ፡ à quibus.*Ioan.* 5. 30. እምኀቤየ ፡ à me ipſo.*Mat.* 21.8. እም ፡ ውስተ ፡ ex arboribus.*Mar.*9.26· እም ፡ ላዕሌሁ ፡ ab eo.*act.* 3.21. እም

ቅድመ፡ ገጹ፡ à conſpectu, à facie eius. *Mat.* 6. 27. እም ዲበ፡ ቆሙ፡ ad ſtaturam ſuam.

እሜሃ፡ tunc. M*at.* 9.4. እሜሃ፡ ቀርቡ፡ tunc acceſſerunt ad eum. *ibid. verſ.* 16. እሜሃ፡ ይጸውሙ፡ tunc ieiunabunt

እምእሜሃ፡ ex indè, ex tunc. *Mat.* 26.16. ወእምእሜሃ፡ & exindè querebat opport.

እምህየ፡ indè. M*att.* 11. 1. ፈለሰ እምህየ፡ tranſijt indè.

እምአይቴ፡ & እምኣቲ፡ vndè. *Ioan.* 19.9. እምአይቴ፡ አንተ፡ vndè es tu.

እምበይነ፡ ideo, ſuper. *act.* 15.2. እምበይነዝ፡ ነገር፡ ſuper hac quęſtione. እስመ፡ እምበይነ፡ ዝንቱ፡ quia ideo miſſus ſum.

እመ፡ ſi, cùm, dùm, quandò. *in titulo pſ.* 150 እመ፡ መጽአ፡ cùm venit ad eum. & *pſ.* 58. እመ፡ ፈነወ፡ quando miſit Saul. *Mat.* 19.17. እመሰ፡ ſi autem. *pſ.* 125.1. እመ፡ ሜጠ፡ cum conueteret Dominus. in conuertendo.

እም፡ ኢ፡ ſi non, niſi. *pſal.* 7.13. ወእመሰ፡ ኢተመየጥክሙ፡ niſi conuerſi fueritis. *pſ.* 126.1. እመ፡ እግዚአብሔር፡ ኢዐቀበ፡ niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem.

እመኒ፡ ſiue. 1. *Cor.* 3.22. እመኒ፡ ሕይወት፡ ſiue vita, ወእመኒ፡ ሞት፡ ſiue mors.

እምከመ፡ quia ſi, dum, vt. &c. *Mat.* 5.23. እምከመኬ፡ ſi ergo offers munus tuum &c. M*att.* 16.1. እምከመ፡ መሰየ፡ dum veſper eſt. I*oan.* 11. 56. እምከመቦ፡ ſi quis ſit, qui cognouerit &c. *Rom.* 8.17. ወእምከመሰ፡ ውሉድ፡

ſi

ſiautem filij.

አመኒከ : aut, vel, ſiue, *particula coniunctionis*.

አመዘ : autem, quod, cùm, tunc, dùm, poſt, poſtea, poſteaquam. *Matt*. 15. 1. ወእምዘ : ቀርቡ : tunc acceſſerunt.

አማሌቅ : Amalec. *nom. prop. reg. pſ*. 82. 8.

አመረ : & አእመረ : ſciuit, intellexit, nouit, cognouit, demonſtrauit, edocuit. *pſ*. 24. 4. vias tuas Domine አምረኒ : demonſtra mihi. *psal*. 118. 79. qui, የአምሩ : nouerunt. *pſal*. 138. 1. & አእመርከኒ : cognouiſti me. አንተ : ትአምር : tu cognoſcis &c. ¶ *idem verbum, præfixa* ኢ : *negatione ſignificat* neſciuit, ignorauit, per ignorantiam, ignoranter fecit. *pſ*. 72. 22. & ኢያእመርኩ : neſcui. *Pſ*. 81. 5. ኢያእመሩ : neſcierunt. 1. *Cor*. 8. quæ idolis ſacrificantur ናአምር : ſcimus. *ibid. ver*. 2. ſi ſit qui dicat አእመርኩ : ſcio. ዓዲ : ኢየአመረ : nondum cognouit &c.

አሚረ : dies, die. *Luc*. 6. 23. ይእተ : አሚረ : illa die. *pſ*. 41. 4. ኵሎ : አሚረ : quotidie, omni die.

Nom. አእምሮ : & አእምሮት : cognitio, ſcientia. *pſ*. 138. 6. mirabilis facta eſt, አእምሮትከ : ſcientia tua. 1. *Cor*. 8. 1. ወአእምሮስ : ſcientia inflat.

ተአምር : & ተአምርት : ſignum, portentum, prodigium, miraculum. *pſalm*. 64. 9. እምተአምሪከ : à ſignis tuis. *pſ*. 73. 4. poſuerunt ትእምርቶሙ : ትእምርተ : ſigna ſua, ſigna. *Mat*. 16. 1. rogauerunt ተእምርተ : ſignum de cælo.

ማእ

ማእምረ : ſcrutator,cognoſcens,cognitor,Dux, præceptor.*pſ*.54.14 ማእምርየ : dux meus. *act*.1. 24. Domine.ማእምረ : ልብ : cognoſcens corda.

ኤምር : hemor. *nom. prop. vir. act*. 7.16.

አሞሬዎን : Amorrhæi. *Nom. prop gentis*.

እምሳለ : murenulę, collare, ornamentum muliebre. *Cant*.1.11. እምሳለ : ወርቅ : murenulas aureas facient tibi &c.

እመት : cubitus.*Mat*.6.27.እመት : አሐዱ : cubitum vnum *Luc*.12.25.*idem*.Ioann. 21.9. ſed quaſi ክልኤ : ምእት : በእመት : ducentis cubitis.

አመት : ancilla,famula. *plur*.አእማት : ancillę. *Luc*,1.38. ecce,አመት : Domini. *act*.2.18.& ſuper አእማትየ : ancillas meas. *Gal*.4.31. non ſumus ውሉደ : እመት : filij ancillæ.

አመነ : & ተአመነ : ſalutauit. *Matt*.5. 47 ወእመ : ተአማኑ ከሙ : & ſi ſalutaueritis fratres veſtros.*Luc*.1.40. አም ኃታ : ለኤልሳቤጥ : ſalutauit Eliſabeth. & *ver*.44. እንዘ : ትትአምሀኒ : dum ſalutares me. ሀ : *pro* ኅ : *Luc*.7.45. ኢተአመኅከኒ : non ſalutaſti me, *oſculum mihi non dediſti*. *Philip*. 4. 22. አምኁከሙ : ſalutant vos fratres. &c.

Nom. አምኃ : ſalutatio,munus,munera.*pſ*. 44. 13. filię Tiri በአምኃ : in muneribus.*pſ*.67.30. tibi offerent reges አምኃ : munera.*Matt*.5.23.ſi ergo offers እምኃከ : munus tuum.

አሞን : Ammon. *nom.prop.gentis.pſ*. 82.8.

አመነ :

አመነ : credidit, ſperauit, optauit, cōfeſſus, profeſſus eſt. *pſ.* 115. 1. አመንኩ : በዘ : credidi propter quod &c. *Ioan.* 1.20. ወአምነ : & confeſſus eſt. I*oan.* 20.25. ኢየአምን : non credam. *ibid. verſ.* 29. ይአምኑ : crediderunt *pſ.* 6.6. መኑ : የአምነከ : quis confitebitur tibi. I*oan.* 3. 36. qui autem ኢይአምን : non credit, *incredulus eſt.*

ተአመነ : fidit, confidit, ſperauit, ſpem & fiduciam poſuit, ſecurus, fidelis, certus fuit, certò credidit, cōfeſſus, profeſſus eſt, creditum fuit. *pſ.* 43. 7. non in arcu meo እትአመን : ſperabo. *Marc.* 1. 5. & ይትአመኑ : confitebantur peccata ſua. *Rom.* 3. 2. ተአመኖሙ : fidelis fuit eis Dominus በቃሉ : in verbis ſuis. *pſ.* 77. 37. ኢተአመንዎ : nec fidelis habiti ſunt.

አአመነ : ſuaſit, fidem fecit, rem ita ſe habere aſſeruit, dixit. *Mat.* 28. 14. nos, ናአምን : ſuadibimus, fidem faciemus.

አስተአመነ : credidit, *&c.* 1. *Cor.* 13.7. omnia, ያስተአምን : credit.

Nom. አሚን : confeſſio *pſ.* 41. 5. in voce አሚን : confeſſionis. *pſ.* 94. 2. præoccupemus faciem eius በአሚን : in cōfeſsione. I*oan.* 20. 31. ወአሚንክሙ : & credendo vobis, *& vt credentes. verbum infinitum.*

አማን : certè, verè, profectò. M*at.* 14. 33. አማን : verè Dei filius es. L*uc.* 23. 47. አማን : verè iuſtus erat hic homo.

አሜን : Amen. *dictio confirmatiua, ſignificans apud*

hæ-

Hebræos sic faciat Dominus, faxit Deus, certo fiat, eueniat &c:

እሙን : fidelis, fidele: *ps.* 18.8. testimonium Domini እሙን : fidele. & *ps.* 110.8. ወእሙን : & fidelia omnia mandata eius.

መሃይምን : & ምእመን : fidelis. *plur.* እምንያን : fideles. *Mat.* 24. 45. seruus ምእመን : fidelis. *Act.* 14. 26. & congregassent, ሕዝበ : እምንያን : ecclesiam populum fidelem. *apoc.* 2.10. ኩን : መሃይምን: esto fidelis.

ሃይማኖት : fides. *ps.* 32.4. & omnnia opera eius በሃይማኖት : in fide. *Mat.* 14.31. ወሕጹጸ : ሃይማኖት : modice fidei &c.

ምእመኒ : protector. *psalm.* 113.6. adiutor eorum est ወምእመኖሙ : & protector eorum.

እሙንቱ : illi, isti, ipsi, sunt. *ps.* 94.11. ወእሙንቱሰ : & isti non cognouerunt &c. ii. *Cor.* ii. 22. Hæbrei እሙንቱ : ipsi, *sunt*. &c.

አሚናዳብ : Aminadab. *nom. prop. vir.* Mat 1.4.

እሜከል : rubus, spina, dumetum. *Luc.* 6.44. neque vindemiant vuam እምእሜከል : de rubo.

እምደ : columna, *vid.* ዐምደ :

ሄርሞጌኒስ : Hermogenes. *nom. prop. vir.* 2 *Tim.* 1.15.

አሞጽ : Amos. *nom. prop. vir.* Luc. 3.25.

እሠነ : benefecit. *vide* ሠናየ : bonus.

አረሚ : Gentes, gentiles, ætnici. I*oan.* 7.35. ወሶት : በሐረ : አረሚ፡ in regionē gentiũi & docturus አረሚ: gentes?

አረሚያዊ : homo gentilis. አረሚዊት : femina, mulier gen-

gentilis. *Marc* 7.26. ወአረማዊት : & gentilis erãt mulier. I*oan*. 12. 20. ወቦ : እምውስቴቶሙ : አረሚዩኒ : erat autem ex his gentiles.

አርመመ : ſiluit, tacuit. *act*. 6.13. hic homo አበየ : አርምሞ. non vult tacere, *non ceſsat loqui*.

አርምሞት : taciturnitas, ſilentium, latẽtia. C*ant*. 4.3. እንበለ : አርምሞትኪ : abſque eo quod intrinſicus latet *vide* ረመመ:

አራም: Aram. *nom. prop. vir. luc*. 3.26.

አርማቴያስ : Aramathæa. *nom. prop. loci*. M*att*. 27.57.

ኤርምያስ : Ieremias. *nom. prop. prophetę. Mat*. 2.17.

አርማጌዶን : Armagedon. *nom. prop. apoc*. 16.16.

አረረ : meſsuit, demeſsuit, fructus collegit. L*uc*. 6. 45. ኢየአርሩ : non colligunt ficus &c. 1. *Cor*. 9.12. ſi nos ንአርር : metamus carnalia. *Gal*. 6.7. quæ ſeminauerit homo የአርር : metet.

አአርር : meſsiuit, meſſem collegit. *pſ*. 125.5. in exultatione የዓሩ : metent.

ማእረር: meſsis, *ęstas*, *Matt*. 13.30. vſque ad ማእረር: meſſem.

አረሰ : *vide* ወረሰ : hereditauit.

አሪስጣርኮስ : Ariſtarcus. *nom. prop. vir. act*. 20.4.

አረቦን : *arabicè* العربان, arrhabo, pignus, vadimoniũ. 1. *Cor*. 1.22. & dedit nobis አረቦን : መንፈስ : ቅዱስ : pignus Spiritus ſancti. *ibid. cap*. 5.5.

ኦሪት : lex, ſtatutum, Canon, conſtitutio, traditio. M*at*. 12.5. non legiſtis quid dicitur ውስተ : ኦሪት : in lege.

ው cap. 22.25. quod est mandatū magnum በውስተ፡ ኦሪት ፡ in lege. Luc. 16.16. ወኦሪትኒ ፡ ወነቢያትኒ ፡ lex & Prophetę vsque ad Ioannem. act. 6.14. ወይሰዐር ፡ ኦሪትነ ፡ & destruxit legem nostram.

መምህረ ፡ ኦሪት ፡ & ሊቀ ፡ ኦሪት ፡ legis Doctor. Luc. 5. 17. ወሊቃነ ፡ ኦሪት ፡ & legis Doctores. act. 5.34. Gamaliel ወመምህረ ፡ ኦሪት ፡ & legis doctor.

ኤርትራ ፡ *inde* ባሕር ፡ ኤርትራ ፡ mare rubrum. *ps.* 105. 9. & increpuit ለባሕረ ፡ ኤርትራ ፡ mare rubrum.

አሮን ፡ Aaron. *ps.* 76.21. *nom. prop. vir.*

አርኬላኦስ ፡ Archelaus. *nom. prop. vir.* Mat. 2.22.

አርክጳ ፡ Archippus. *nom. prop. vir.* Philem. 2

አርዌ ፡ bestia, animalia immunda, feriocia, silue stria. *plur.* አራዊት ፡ bestię. *ps.* 49.10. omnes አራዊተ ፡ ዘገዳም ፡ ferę syl. *apoc.* 13.1. & exiuit አርዌ ፡ bestia de mari.

አርዌ ፡ ምድር ፡ serpens, vipra, aspis. &c. *ps.* 136.4. venenum, አርዌ ፡ ምድር ፡ aspidum &c.

አረገ ፡ *vide* ዐረገ ፡ ascendit.

አርዑት ፡ iugum, onus, obligatio. *ps.* 2.3. አርዑቶሙ ፡ iugum ipsorum. *Act.* 8.23. በዓርዑት ፡ ኃመፃ ፡ in obligatione iniquitatis.

አርዝ ፡ cedrus, cedri. *ps.* 28.5. confringet Dominus. ለአርዝ ፡ cedros libani.

አረየ ፡ collegit, congregauit. Mat. 13.28. ንአርዮን ፡ colligimus ea. *ibid. vers.* 41. ይአርዩ ፡ colligent de regno eius.

አሪያ ፡ speciosus, pulcher. *act.* 3.2. quæ dicitur, አሪያ ፡ spe-

ſpecioſa.

አርዮጳጎጠስ : Areopagita.*act.* 17.33.

አርጤማን : Arteman.*nom.prop.vir.Tit.* 3.12.

አረፈት : paries,murus.*pſ.*50.20.vt ędificentur አረፈቲሃ : muri Ieruſalem.

አርፋክሳድ : Arphaxad.*nom..prop.vir.*Luc.3.36.

አስሐትያ : pruina *Ps.*77. 47.& *pſ.*118.83.*Dan.*3.68.

እስማዔላዊ : Iſmaelita.*plur.*እስማዔላዊያን : Iſmaelitę. *pſ.*8. 2.7.

እስመ : *particula cauſalis.*quia,quoniam,enim,etenim, nam, namquè, quandoquidem, propterea quod, *pſ.*117.1.confitemini domino እስመ : ኄር :

አሴር : Aſer.*nom.prop.vir.*Luc.2.36.

አሰረ : ligauit, obligatus,inuolutus fuit,allegauit. Mat. 16.19.quodcumque አሰርከ : ligaueris in terra. *Matt.* 23.4.የአሰሩ : alligant onera grauia.

Nom. እሱረ : ligatus,ligatum.*Matt.*16.19.erit እሱረ : ligatum in cælis.I*oan.*8.1. adducunt autem ſcribæ & phar.ብእሲተ : እስርተ : mulierem ligatam &c.1.*Cor.*7. 39.ብእሲትኒ : እስርተ : mulier alligata eſt.

ተአሰረ : ligatus,alligutus fuit.2.*Tim.* 2. 9. ſed verbum Dei ኢይትአሰር : non eſt alligatum.

መአሰር : vinculum, vincula.*pſal.*2. 3. dirumpamus መአስረሆሙ : vincula eorum. *Marc.* 7.34.& ſolutum eſt ማእሰረ : ልሳኑ : vinculum linguę eius.

አሰረ : veſtigium, ſemita,veſtigia.*pſ.*76.20. ወአሰርከኒ : & ſęmitæ tuę in aquis multis,& nō cognoſcētur, አሰ

ርከ፡ vestigia tua.

ኣስራኤል Israel. *Mat*. 2. 20.

ኣስራኤላዊ፡ Israelita; *Rom*. 11. 1.

ኣስቆርታዊ፡ Iscariotes. *Matt*. 10. 4

እሳት: ignis, incendium, facula. *ps*. 148. 8. እሳት፡ ignis, & grando &c. *apoc*. 18. 9. cum viderint ጢሶ፡ እሳታ፡ fumum incendij eius:

ኣሶን፡ Asson. *nom. prop. vir. act*. 16. 14.

ኣሳቀሪጦን፡ Asyncritus. *nom. prop. vir. act*. 16. 14.

እስከ፡ vsquè. *Mat*. 5. 18. እስከ፡ donec transeat cælum &. እስከ፡ ሶበ፡ ኵሉ፡ donec omnia fiant. *Mat*. 17. 9. እስከ፡ አመ፡ donec, filius hom. &c. *Mat*. 17. 16. እስከ፡ ማእዜኑ፡ እሄሉ፡ quousque ero? *vsquequo ero?*

ኣስከል፡ vua, botrus. ¶ *Heb*. אשכל *Chald*. ܐܬܟܠ *botrus, ramusculus à vite resectus, à quo dependent vuæ.* Luc. 6. 44. neque vindemiant ኣስከል፡ vuas de rubo.

ኣስየ፡ *vide*, ዐስየ፡ retribuit.

እሴይ፡ Iesse. *nom. prop. vir*. Matt. 1. 5

እስያ፡ Asia, *vna ex quatuor partibus orbis, eaque maxima.*

ኣሳፍ፡ Asaph. *nom. prop. vir. ps*. 49. 1. *idem Mat*. 1. 7. Asa.

ኣስጳንያ፡ Hispania. *Nom. Reg. Rom*. 15. 24. dum proficiscar መንገለ፡ እስጳንያ፡ in Hispaniam.

ኣሰፈዎ፡ *vide*, ሰፈወ፡ expectauit.

ኣቂላ፡ Aquila. *nom. prop. act*. 18. 2.

ኣብ፡ ኣባ፡ pater, Prior, Abbas, pater spiritualis. *plur*. ኣበው፡ patres *Marc*. 14. 36. ኣባ፡ ወኣቡየ፡ pater, & pater

ter mi *abba pater*. Ioan. 7.22.ſed, ex አበው፡ patribus. *act*. 3 17.Deus ለአበዊነ፡ patrum noſtrorum.
አቤል፡ Abel.*nom.prop.vir*. Mat.23.35.
አበል፡አባል፡ membrum, membra. 1.Cor. 12. 26.27. vos eſtis corpus Chriſti & አባሉ፡ membrum eius.
መአበል፡ & መዕበል፡fluctus maris,vnda.*Ps*.41.8.ኵሉ፡ መዕበሊከ፡ omnes fluctus tui.*act*. 27.51.& 28.4. እመ መአበል፡በሐር፡ à fluctibus maris.
አበሐ፡concesſit,permiſit.Matt.8.21.Domine.አብሐኒ፡ permitte me.Luc.8.32.አበሖሙ፡ permiſit eis.*act*. 16. 1. አበሕናከ፡ permittimus tibi.
አቢሜሌክ፡ Abimelec. *nom.prop.vir*. Pſ. 33.1.
እቤር፡ vidua-*plur*.አቤራት፡ viduæ.*Ps*.67. 6. iudicis ለአቤራት፡ viduarum.Luc. 18. 3.erat autem አሐቲ፡እቤር quędam vidua.
አቤር፡ Heber.*nom.prop.vir*.Luc. 3.35.
አብርሃም፡ Abraham.*nom.prop.vir*.Mat. 1.1.
እብሬት፡ordo, vicis,vices. Luc. 1.8.በእሬቱ፡ in ordine vicis ſuæ. *ibid.ver*.23. vt impleti ſunt dies,አብሬቶ፡ officij eius.*act*. 24.3.በአብሬትከ፡ regimine tuo.
አበሰ፡ deliquit,peccauit.*pſ*.50.6.tibi ſoli, አበስኩ፡pec caui.*pſ*.118.11. ከመ፡ኢያአብስ፡ለከ፡ vt non peccem tibi. Matt. 18.21.quoties አበሰ፡ሊተ፡ peccabit mihi, in me &c.
Nom.አበሰ፡ peccatum.*pſ*.50.4.እምአበሳየ፡ à peccato meo.*pſ*.84.3.operuiſti omnia አበሳሆሙ፡ peccata eorum.

አቢሴሎም ፡ Abſalon. *nom.prop.vir.pſ.*3.1

እብን ፡ lapis,ſaxum.*plur.*አእባን ፡ lapides,ſaxa. *pſ.*117.22. እብን ፡ lapidem quem reprobauerunt.*Matt.* 27. 60. ſignantes አይአቲ ፡ እብን ፡ lapidem cum cuſtodibus. *Marc.*13. 2.non relinquetur እብን ፡ ዲበ ፡ እብን. lapis ſupra lapidem.

አንብአ ፡ & አንብዐ ፡ lachrymæ.*apoc.*7.17.abſterget Deus አንብአ ፡ lacrymas ab oculis eorum.

አብደ ፡ inſaniuit,furiit,inſanus, inglorius , contemptus fuit, dementatus. *act.*26.24.ተአብደኑ ፡ inſanis Paule? & Paulus ኢየአብድ ፡ non inſanio.*Ioan.* 10. 20. demonium habet,ወየአብድ ፡ & inſanit.

አአበደ ፡ dementauit,inſanum, fatuũ, furioſum reddidit.*Luc.*8,29.ſemper ያአብዶ ፡ dementabat illum, arripiebat illum.

Nom. አብድ ፡ ſtultus, inſanus, inſenſatus , demens , fatuus,inſipiens,*plur.* አብዳን ፡ ſtulti, inſenſati, fatuui, dementes,mente capiti,inſipiẽtes.*pſ.*13.1.dixit አብድ ፡ inſipiens in corde ſuo.*pſ.*93.8.intelligite አብዳን ፡ inſipientes populi. *Gal.*3.1. አአብዳን ፡ O inſenſati Galatæ.

እብድ ፡ ſtultitia,inſania,fatuitas,dementia, inſipientia.*pſalm.* 68. 6.tu Deus ſcis ዕበድየ ፡ inſipientiam meam.

አስተአበደ ፡ inſipientem, inſanum,ſtultum reputauit, contempſit. 1. *Tim.*4.12.አልብ ፡ ዘያስተአብዶ ፡ ለ ፡ nemo contemnat adoleſcentiam tuam.

አብዶን ፡ Abdon. *nom.prop.apoc:*9.11.

አበየ ፡ recuſauit, noluit, diſſenſit, ſpreuit. M*at.* 2. 19. ተአበየ ፡ noluit,conſolari· *Luc.*10·17.ዘአበየ ፡ አበየ ፡ አበዮ ፡ qui me ſpernit, ſpernit eum &c· *Heb.* 12.25.ኢትአበዩ ፡ videte ne recuſetis, &c. *act.*6.13. hic homo አበየ ፡ አርምሞ ፡ non vult tacere, *non ceſſat loqui.*

አቢያ ፡ Abia. *nom.prop.vir*· Matt.1.13.

ተአበየ ፡ diſcordia,ſchiſma fuit.1.*Cor.*12.25. ኢይትአበይ ፡ ne ſit ſciſma, *ne diſsentiatis.*

አብያታር ፡ Abiater.N*om.prop.Mar.*2. 26.

አብዩድ ፡ Abiud· N*om.prop.vir.Matt.*1.13.

አተተ ፡ & አተወ ፡ *idem quod Heb.Chald. Arab.*iuit,abiuit, venit,L*uc.*8.34.አተዉ ፡ venerunt,*fugerunt*,& nunciauerunt. L*uc.*12.45.moram facit አቲወ ፡ venire Dominus &c. *Marc.* 15.21. አትወቶ ፡ venientem de villa·

ተአተተ ፡ ſublatus, ablatus fuit, progreſſus eſt. *Mat.* 26 39, ወተአተተ ፡ ሕቀ ፡ & progreſſus puſillum.*act.* 8.33. ወተአተተ ፡ & ſublatum eſt iudicium eius. *ibid.* ወተአተተ ፡ & tolletur de terra &c. *cap.*9.*verſ.*18. & ſtatim ተአተተ ፡ እምአዕይንቲሁ ፡

አእተተ ፡ tulit, abſtulit,amouit,exuit,depoſuit, ſuſtulit, auertit. *Ioan.*1.29.ዘያእትት ፡ qui tollit peccata mudi. *Ioan.*11. 40.ያእትትዋ ፡ tollite lapidem & አእተትዋ ፡ tulerunt lap. *Rō.*11.27.cum አእተትኩ ፡ abſtulero peccata.*Ephes.*4.22. አእትቱ ፡ deponite, *exuite*.2.C*or.*12. 8.vt ያእትቶ ፡ diſcedere faceret à me.

Nom.

Nom. እቱት : ſublatus, ſublatum. *Ioan.* 20.1.& inuenit lapidem እቱት : ſublatum

አቴና : Athena *nom.prop.Vrb.*

እቶነ : & እቶን : caminus, clibanus. *pſ.* 20.10. vt እቶነ : እሳት : clibanum ignis. *Matt.* 13.50. in እቶነ : እሳት : in caminum ignis.

እኁ : frater. *plur.* አኃው : fratres. M*at.* 1.2. & አኃዊሁ : fratres eius. *Mat.* 4.18. እኅዋሁ : fratrem eius 2. *Cor.* 1.1. እኁነ : frater noſter.

እኅት : ſoror. *plur.* አኃት : ſorores. C*ant.* 4.9. እኅትየ : ſoror mea. M*att.* 12.50. እኅቲየ : ſorores mei. *Ioã.* 11. 1. Martha እኅታ : ſoror eius. *ibid. verſ.* 3. አኃቲሁ : ſorores eius.

እኅዘ : et አኀዘ : *vt heb.* אחז *Chald. & Arab.* ዘ : *in* ደ : *mutato* اسد : اخذ prehendit, comprehendit, apprehendit, cepit, continuit, tenuit, occupauit, poſſedit, potitus fuit. *pſ.* 34.8 et ትእኅዞሙ : apprehendat eum. *Ioan.* 7.32. vt ይእኅዝዎ : apprehenderent eum.

Nom. : እኁዝ : apprehenſus, captus, comprehenſus, etc. *plur.* እኁዛን : apprehenſi, capti, comprehenſi etc. *Mar.* 3.11. ወእለኒ : እኁዛን : እጋንንት : ርኵሳን :

አኃዜ : ኵሉ : comprehenſor omnium omnipotens. *in miſ.* 159.1. Domine Deus noſter አኃዜ : ኵሉ : omnipotens. *in orat.* M*.inas.* Domine አኃዜ : ኵሉ : ዓለም : omnipotens etc.

አነ : ego. communis generis. *plur.* ንሕነ : nos. *pſ.* 2. 6. ወአንሰ : ego autem. & 78.13. ወንሕነሰ : nos autem &c.

አነሂ ፡ ego ipse. *act.*25. 22. R*om.*15. 14. *Ioan.* 4 31. አንሰ ፡ ቢየ ፡ ego habeo.

እንስሳ ፡ animal. *vide* ነስሳ ፡

አንስት ፡ fæmina, fæminæ, sexus fæmineus. *Mat.* 10.6. አንስቲያክሙ ፡ fæminas vestras. R*om.*1.26.27. አንስቶሙ ፡ & አንስቲያሆሙ ፡ fæminę eorum.

እንበይነ ፡ pro, de, propter. I*oan.* 13. 22. እንበይነ ፡ መኑ ፡ propter quem, *de quo*, diceret. *Rom.*5.7. እንበይነ ፡ ጻድቅ : pro iusto &c. *Rom.*8.31. quid ergo dicemus እንበይነዝ ፡ ad hęc. & *Rom.* 14.14. እንበይነ ፡ መብልዕ ፡ propter escam.

አንተ ፡ tu *masculin.* አንቲ ፡ tu *fæminin. plur.* አንትሙ ፡ vos *masc.* አንትን ፡ vos *fem.* *Ioan.* 13.13. አንትሙሰ ፡ vos vocatis me.

እንተ ፡ per, quod. I*oan.*10.1. እንተ ፡ per ostium. *Rom.* 5.28. እንተ ፡ ኀቤክሙ ፡ per vos ¶ *coniungitur sepe alijs dictionibus sinè significatione. Ioan.* 1. 32. ከመ ፡ እንተ ፡ quasi, columbam. *Ioan.* 3.30. በእንተ ፡ propter, vocem sponsi *ibid.* እንቲአሁሰ ፡ illum, oportet crescere, ወእንቲአየሰ ፡ me autē &c. *ps.* 117. 19. hæc porta እንተ : Domini.

ሐናንያ ፡ Ananias *Nom.prop.act.* 5.1.

እንከ ፡ sed, verùm, igitur, vt, ergo. M*att.* 22. 24. *Ioan.* 7.24. *Ioan.*18. 37. እንከሰኬ ፡ ergo rex es tu?

ኤኔያ ፡ Aeneas. *Nom.prop.vir. Act.*.9.33.

እንዘ ፡ cùm, dùm, vt, ad. ¶ እንዘ ፡ *præpositum futuro, vel præterito, participium format.* Mat. 18.1. tunc acces-

ſerunt diſcip. ad Ieſum እንዘ ፡ ይብሉ ፡ dicentes. *Marc.* 16.5. inuenerunt iuuenem እንዘ ፡ ይነብር ፡ ſedentem.

እንድርያስ ፡ Andreas. *nom.prop.vir.Mat.* 10.2.

እንድሮንቆን ፡ Andronicus. *nom. prop.Rom.* 16. 7.

እንጋ ፡ ergo, igitur. *Mat.* 17.25. እንጋ ፡ ergo liberi ſunt &c. *Matt.* 18. 1. መኑ ፡ እንጋ ፡ quis igitur.

እንጵልያጦን ፡ Ampliatus. *nom.prop.Rom.* 16.8.

እንጾኪያ ፡ Antiochia. *nom.prop.ciuit.*

እንፈ ፡ naſus, nares. *pſ.* 113. 14. እንፈ ፡ ቦሙ ፡ nares habent. *Cant.* 7.4. እንፍኪ ፡ naſus tuus.

እንፊጶል ፡ Amphipolium. *nom.prop.* 2. *Cor.* 1.1.

እኮ ፡ non, minimè. *pſ.* 1.4. እኮ ፡ ከመዝ ፡ non ſic. *pſalm.* 43.22. እኮኑ ፡ nonne? *pſ.* 113.9. እኮ ፡ ለነ ፡ non nobis Domine, እኮ ፡ ለነ ፡ non nobis.

እክል ፡ ſufficit. *Mat.* 25.9. ኢይእክል ፡ ለነ ፡ ወለክን ፡ ne ſufficiat nobis & vobis; I*oan.* 14. 8. & ይእክለነ ፡ ſufficit nobis.

Nom. እክል ፡ Granum, frumentum, panis. M*ar.* 6. 31. L*uc.* 9.4. & 12.18. I*oan.* 13. 18. ዘይበልዕ ፡ እክልየ ፡ qui manducat panem meum. *apoc.* 6.6. & tres bilibres እክል ፡ *hordei.*

ማእከል ፡ medium, tepidum. *quere in* ም ፡

እክል ፡ paſſus, greſſus, *menſuræ genus. act.* 27.28. inuenerunt ማየ ፡ መጠነ ፡ ፳ በእክል ፡ ብእሲ ፡ aquam quantum viginti paſſus hominis. (*ſcilicet altam.*)

እኮተ ፡ honorificauit. *Pſ.* 4.9.15. & ተእኮተኒ ፡ honorificabis me.

እኮ

አእኰተ ፡ gratias egit,gratiam præſtitit.*Luc*.18.11. Deus እእኰተከ ፡ gratias ago tibi. 1.*Theſs*.1.2. ናእኰቱ ፡ ለእግዚአ፡ &c.gratias agimus Deo.*act*.25.10.volens ያእኰትዎ ፡ gratiam prę́ſtare. *apoc*.11.13. laudauerunt, ወአእኰትዎ ፡ & gratias egerunt *gloriam dederunt* Deo cœli.

ተእኰተ ፡ honorificatus eſt. *Matt*.6.2.vt,ይትእኰቱ ፡ honorificentur ab hominibus.

N*om*.አኰቴት ፡ & አኰቴት ፡ gratia,honor,gloria.*pſ*.67.35.ሀቡ፡ አኰቴተ፡ date gloriā Deo.1.*Cor*.15.57.ለእግዚአብሔር ፡ አኰቴት ፡ Deo gratias 2.*Cor*.9.15.አኰቴት ፡ እግዚአብሔር ፡ gratias Deo. *apoc*.7.12.ſapientia ወአኰቴት ፡ & gratiarum actio.

አከየ ፡ malus,prauus, nequam, malignus fuit. M*at*. 27.64.erit nouiſs.error, ተአኪ ፡ peior,priore. I*oan*.5.15. vt ዘያኪ ፡ quod deterius eſt, non &c.

አስተአከየ ፡ ſpreuit, malignum, nequam reputauit. L*uc*.23.11. ወአስተአከዮ ፡ ſpreuit eum Herodes &c.

Nom.እኩይ ፡ malus,malignus,nequam.*plur*. እኩያን ፡ nequam,maligni, mali.L*uc*.11.13.ſi vos እኩያን ፡ mali &c.

እኪት ፡ & እከይ ፡ malitia,nequitia,prauitas.*plur*. እከያት ፡ prauitates,mala,nequitię.*pſ*.53.7.verte, *auerte* ለእኪት ፡ malum ſuper inimicos meos.M*at*.19.8.quoniam Moyſes በከመ ፡ እከየ ፡ ልብክሙ ſecundum prauitatem *ad duritiam* cordis veſtri. *act*. 9 13. quanta እከየት ፡ mala feciſti.

አካይያ ፡ Achaia. *nom.prop.Reg.2.Cor.*11.
አው ፡ *particula disiunctiua*, aut, vel, siuè.
አወ ፡ *partic. affirm.* etiam, sic, ita.*Mat.* 5. 37. sit sermo vester አወ ፡ አወ ፡ est, est. *Luc.*10.21. አወ ፡ etiã, pater.*Mar.*15.44. & dixit አወ ፡ etiam, *ita, sic est &c.*
ኤውቡሉስ ፡ *Nom. prop.* 2.*Tim.* 4.21.
አዉዐየ ፡ combussit, *vide* ወዐየ ፡
አወየወ ፡ exclamauit, *vide*, ወየወ ፡
አወዴ ፡ *quere* ዐወዴ ፡
አዘዘ ፡ iussit, mandauit, præcepit, ordinauit.*ps.* 67.32. አዝዝ ፡ manda Deus. *Mat.* 14. 28. አዘዝኒ ፡ iube me. *Mar.*6. 8. ወአዘዞሙ ፡ & pręcepit eis.
ተአዘዘ ፡ obediuit, obtemperauit.*Mar.*1.27.& 4. 4. ventus, & mare ይትኤዘዙ ፡ ሎቱ ፡ obediunt ei. *Ephes.* 6.1. filij, vt ትትአዘዙ ፡ obediant. *ibid. v.* 5.serui, ተአዘዙ ፡ obedite Dominis.
*Nom.*አዚዝ ፡ probus, benignus, beneficus. *plur.* አዚዛን ፡ probi, benigni, benefici. *in miss.* 164. 4.induc corda ነገሥት ፡ አዘዛን ፡ regum proborum. *Psalm.* 50. 14.& spiritu አዚዝ ፡ principali confirma me.
ትእዛዝ ፡ mandatum, edictum, præceptum, ordinatio. *plur.* ትእዛዝ ፡ mandata &c.*ps.*117.4 tu አዘዝከ ፡ mandasti custodiri, ትእዛዝከ ፡ mandata túa, nimis. *Ioan.*13. 34.do vobis ሐዲስ ፡ ትእዛዝ ፡ nouum mandatum.
ተአዝዞት ፡ obedientia.*Philem.*21.confidens በተአዝዞትከ ፡ in obedientia tua.
አዞር ፡ Asor. *nom.prop.*Mat.1.13.

አዛርያ፡ Azaria. *nom.prop.Dan.* 3.88.

አዛብ፡ hyſſopus, ruta muraria. *pſ.* 50. 9. aſperges me በአዛብ፡ hyſſopo, &c.

አዜብ፡ auſter, meridies, meridionalis *Mat.* 12. 42. *luc.* 11.13. ንግሥተ፡ አዜብ፡ regina auſter. *Luc.* 12. 56. ነፋስ፡ አዜብ፡ ventus auſtralis.

እዝን፡ rupes. *pſ.* 113.8. ወለእዝን፡ & rupem in fontes aquarum.

እዝን፡ auris, aures, auditus. *pſ.* 113.14. እዝነ፡ ቦሙ፡ aures habent 1. *Cor.* 12.17. vbi ergo እዝን፡ auditus.

መእዝን፡ መዐዝን፡ & ማእዘንት፡ angulus. *plur.* ማእዘንታት፡ anguli. *pſ.* 117.22. factus eſt in caput ማእዘንት፡ anguli. *Mat.* 6.5. in, መእዝን፡ angulis platearū. *Epheſ.* 2.20. Chriſtus እብነ፡ ማእዘንት፡ lapis angularis. *apoc.* 7.1. ſtantes ſuper quatuor ማእዘኒሃ፡ ለምድር፡ angulos terrę.

አዛጦን፡ azotus. *nom. prop. act.* 4.8.

እግዚእ፡ Dominus, *plur.* አጋእዝት፡ Domini. *Ps.* 109.1. dixit እግዚእ፡ ለእግዚእየ፡ Dominus Domino meo. *apoc.* 17.14. quoniam እግዚእ፡ አጋእዝት፡ Dominus Dominorum eſt.

እግዚአብሔር፡ *idem ac* እግዚእ፡ ብሔር፡ dominus *vniuerſæ* regionis: *ſiue* እግዚእ፡ አብ፡ ሔር፡ Deus pater optimus. ¶ *pro vno verbo (vt plurimum) ſcribitur & profertur, ac ſoli* Deo O.M. *tribuitur.*

እግዝእት፡ domina. *pſ.* 122. ſicut oculi ancil. in manibus እግዝእታ፡ Dominę ſuæ. *in miſ.* miſſa ዘእግዝእትነ፡

ማርያም : Dominę noſtrę Marię.

ኤለዳ : Græcia. *act*.20.2. ሖረ : ኤለዳ : venit (*in*) Græciam.

ኢየሱስ : Ieſus. *nomen Saluatoris noſtri* Mat. 1.17. de qua natus eſt ኢየሱስ : *I*eſus qui vocatur Chriſtus.

ኢያስጲድ : Iaſpis. *apoc*. 4.3. ſicut ዕንቍ : ኢያስጲድ : lapis iaſpis.

አይ : qualis, quale. *Ioan*. 4.51. አይ : ጊዜ : quo tempore 1.*Cor*.15.35. በአይ : quali corpore.

አይቴ : vbi, quo. M*att*.26.17. በአይቴ : vbi, vis paremus. *Mat*. 13.27. እምአይቴ : እንከ : ሎቱ : vnde ergo habet *ei* zizania.

ኢትዮጵያ : Aethiopia. *Ps*.67.32. ኢትዮጵያ : Aethiopia præueniet manus eius. & dediſti eis eſcam ለሕዝበ : ኢትዮጵያ : populis Aethiopię. *act*. 8.27. eunuchus ለሕንደኬ : ንግሥተ : ኢትዮጵያ : Candacis reginæ Aethiopię.

ኢትዮጵያዊ : æthiops. *plur*. ኢትዮጵያውያን : Aethiopes.

አይኅ : diluuium. *pſal*. 28. 10. Dominus congregabit ለማየ : አይኅ : aquas diluuij. Pſ. 31.6. verũtamen ማየ : አይኅ : aquæ diluuij.

ኢጣልያ : Italia, regio Italiæ. *act*. 18.2.27.1.

እድ : manus. *plur*. አእዳው : manus. *pſ*. 30.6. in እዴከ : manus tuas. *pſ*. 80.7. እደዊሁ : manus eius.

አድልዎ : hypocriſis, hypocriſia. *vide* ደለወ :

አደመ : placuit, complacuit, iucũdum, delectabile fuit,

pro-

prospere egit. *Mat*.14.6.ወአደመቶ ፡ ለሄሮድስ ፡ & placuisset Herodi. 11.*Cor*.11:18.nam ይኤዴምክሙ ፡ placent vobis, *libenter enim*: 3.*Ioan*.1.2. በዘይኤድሞ ፡ ለነፍስከ ፡ in hoc quod, prospere agat anima tua.

N*om*. አዴም ፡ iucundum, delectabile.*ps*. 132.1. & quam, አዴም ፡ iucundum.*Cant*.2.14.vox tua አዴም፡ dulcis.

አደም ፡ Adam. *protoparens*.Luc.3.38.

አዲም ፡ pellis,corium rude.*Matt*.3.4. *Mar*.1.6. Zona eius,ዘአዲም ፡ pellicea.

አድማስ ፡ *Arab*. الماس Adamas.

አድማስ ፡ ሰገድ፡ *nom.prop.reg.Aethiopię*.

አደወ ፡ *vide*, ዐደወ ፡ transfretauit.

አድያም ፡ vicus, vicina.*ps*. 43.14.& opprobrium ለአዲያ ሚነ ፡ vicinis nostris. M*at*.2.16.& in omnibus አድያ ሚሁ ፡ finibus eius.M*arc*.6.7. አንሶሰዉ ፡ ውስተ ፡ አህጉረ ፡ አዴያም ፡

አድግ ፡ asinus.አድግት ፡ asina.L*uc*.10.34.

አግ ፡ Og. *nom.pror.vir.ps*.100.34.11.

እገሌ ፡ *idem quod apud Chald. Arab.* فلان *& Hyspanorum* fulano. quidam, quispiam.M*at*.26.18. ኀበ እገሌ ፡ ad quendam. ¶ *In lib.sacris ponitur* እገሌ ፡ *& nomen proprium summi* Pont.*Regis,vel* Ep*iscopi,exprimendum denotat. vt* ሊቀ ፡ ጳጳስነ ; አባ ፡ እገሌ ፡ summus pontifex noster, Aba N.

ተአገለ ፡ circumuenit, iniquè, auarè tractauit, oppressit, in seruitutem redegit, alteri detrimentum fecit.

fecit. *psal.*118. 121.ኢይትዐገሉኒ፡ non calumnientur me. *Luc.* 3. 14. & 6. 29.orate,ጸሉ፡ ይትኤገሉክሙ፡ pro calumniantibus vos.11.*Cor*.2.11. ለእለ፡ ይትኤገሉ ክሙ፡ si quis vos in seruitutem redegit. *Iacob*. 2.6. እለ፡ ይትኤገሉክሙ፡ qui opprimat vos.

ትእግልት፡ auaritia. *Mar*.7.22.ወትእግልት፡ & auaritię, & nequitię.*luc*.12.15.cauete ab omni ትእገልት፡ auaritia.

መስተእግል፡ auarus.*plur.* መስተእግላን፡ auari. 1. *Cor*. 6.10. ኢመስተእግላን፡ neque auari.

Nom. እጓለ፡ pullus,catulus,iuuencus,infãs.*vtriusq; numeri,& generis est,atquè vsurpatur de homine, & omnibus animalibus, etiam volucribus.ps*.16.12 እጓለ፡ አንበሳ፡ Catulus leonis. *ps*.146.9. ወለእጓለ፡ ቋዓት፡ & pullis Coruorum.*Luc*.1.41. exultauit, እጓለ፡ infans in vtero.

እጓለ፡ እመሕያው፡ homo,homines.ወልደ፡ እጓለ፡እ መ ሕያው፡ Filius hominis. ደቂቀ፡ እጓለ፡ እመ፡ ሕያው፡ filij hominum. *psalm*.4.3. ደቂቀ፡ እጓለ፡ እመ፡ ሕያው፡ filij hominũ vsquequo &c.*ps*.8.5.& quid est እጓለ፡ እመ ሕያው፡ filius hominis.*Marc*. 2.28. & Dominus est ወልደ፡ እጓለ፡ እመ፡ ሕያው፡ filius hominis Sabbathi. *Mar*.7.8. & tenent ትእዛዛተ፡ እጓለ፡ እመ፡ ሕያው፡ traditiones hominum.

እጓለ፡ መውታ፡ pupillus, pupilli, orphani.*ps*. 67.6. አበ፡ ለእጓለ፡ ማውታ፡ pater orphanorum.*ps*.81. 3. iudicate pauperi፡ ወለእጓለ፡ ማውታ፡ & orphano.*ps*. 93.

6.& occiderunt.viduas ወእጓለ : መዉታ : & pupillos.

እግረ : pes.*plur.* እገረ : pedes.*ps.*109 1.scabellum, እገሪከ : pedum tuorum. *Marc.* 9. 44. si ; እግርከ : pes tuus &c.

አገር : Agar.*nom.prop.mul.Gal.*4.24.

አጋሬዊ : Agarenus. *plur.* አጋሬዊያን : Agareni. *nom. gent.ps.*82.7.

አግሪጳ : Agrippa. *nom.prop.vir.act.* 25.13.

አገሰ : *indè*, ተአገሰ : tolerauit.*vide* ዐገሰ :

አገተ : *quere* ዐገተ : circumdedit.

አጋቦስ : Agabus.*nom.prop.vir.act.*11.28.

አጳሎን Apollo.*nom.prop.vir.act.*19.1.

አጳሎንያ : Apollonia. *nom.prop.act.*17. 1.

ኤጲፋንያ : Aepiphania.

አጸወ : *vide*, ዐጸወ : clausit.

አፈ : os, oris.*ps.*113.12.አፈ : በሙ : os habent.*luc.*24. 2. እምአፈ : መቃብር : ab ostio *ore* monumenti.*apoc.*9.18. እምነ : አፉሆሙ : & እምነ : አፈሆሙ : de ore eorũ. *ibid. cap.*10.9.sed in አፉከ : ore tuo.& *ver.sequenti* & erat dulce in አፉየ : ore meo &c.

ኤፍሬም : Ephraim *nom.prop.ps.* 59 9.

ኤፍራታ Ephrata.*nom.prop.ps.*131.6

ኤፍራጥስ : Ephrates.*nom.prop.fluuij, apoc.* 9 14.

አፍሪቂያ : Africa.*act.*27.2.*vna ex quatuor partib. Orbis , eaque ditissima.*


ኤፌሶን : Ephesus.*nom. prop.ciuit.*

አፍአ : foras,foris,extra.*Ioan.*6.37. non eiiciam,አፍአ :

Aa foras

foras. *Ioan.* 19.4. exiuit iterum Pilat. አፍኣ : foras.
እፎ : *partic. admirantis*, quomodo? quàm? quantū? quid? *Matt.* 22.12. እፎ : quomodo huc intrasti? *Matt.* 10.25. እፎ : ፈድፋደ : quanto magis? *Ioan.* 21. 21. ዝኒ : እፎ : hic autem quid?
አፈው : አፈዋ : & አፈዋት : aromata, odoramenta. *Cant.* 5.1. messui myrrham cū አፈዋትየ : aromatibus meis. *&* *cap.* 6. *vers.* 1. & ad አብያተ : አፈዋ : areolam aromatum. *Marc.* 16.1. emerunt አፈው : aromata.
አፍሮዲጦን : Epaphroditus. *nom. prop.* *Phil.* 2.25.
አፕዮ : Appius. *nom. prop. act.* 28.15.





LITERA ከ C.

ክሀለ፡ potuit, possibile fuit. *Mat.* 10. 28. timete eũ ዘይክል፡ qui potest. *Mat.* 20. 22. ትክሉኑ፡ potestis? dicunt ei, ንክል፡ possumus. *Marc.* 14. 5. an non ተክሃሉኑ፡ poterat venundari? *act.* 27. 17. vix ክሀልነ፡ potuimus.

ተክሀለ፡ possibile est. M*at.* 19. 26. apud homines, ኢይትክሀልዘ፡ impossibile hoc, apud Deum autem, ይት ክሀለ፡ ኵሉ፡ possibilia omnia.

ተክሀለ፡ pepigit, conuenit, promisit. *Mat.* 20. 1. & ተክሀለ፡ conuenit, cum operarijs. *ver.* 13. nonne ex denario, ተክሀልኩከ፡ conueni tecum.

Nom. ክሃሌ፡ potens. Luc. 24. 19. qui fuit, ክሃሌ፡ popotens in sermone, &c.

ክሂሎት፡ posibilitas. *in quadam epist.* vos omnes Aethiopes vigilate በክሂሎትክሙ፡ secundum possibilitatem vestram.

ኪሄለ፡ pila, globus, orbis, sphera. *plur.* ኪሃላት፡ pilæ, globi, orbes. *ps.* 70. 7. ከመ፡ ኪሄለ፡ ኮንኩዎሙ፡ ለብዙኃን፡ sicut globus factus sum multis: *vt prodigium &c.* 1. Cor. 4. 13. ወከመ፡ ኪሄላት፡ ኮነ፡ & tamquam pilę factus sum in mundo. *vt pilæ lusoriæ.*

Nom. ካህን : *ſicut Chald. & Syr. Arab.* كاهن ſacerdos,antiſtes, Pontifex.*plur.*ካህናት : Sacerdotes Pontifices.*pſal.*109. 5,tu es,ካህኑ : ለዓለም : ſacerdos &c. *pſ.*131.9.ካህናቲከ : ſacerdotes tui.*Heb.*5. 1·ኵሉ : ሊቀ : ካህናት : omnis ſumus pontifex.

ክህ ነ : *indè* ተክህነ: ſacerdotio functus eſt,ſacerdos fuit miniſtrauit. *in miſ.* 165.4·coram te, ንትክሀን : fungamur ſacerdotio.

ከለለ : coronauit. *Ps.*5.13 ከለልከነ : coronaſti nos. *pſ.* 8.6. gloria,& honore ከለልኮ : coronaſti eum·*pſ* ዘይከ ልለከ : qui coronat te.

ተከለለ : coronatus eſt. *heb.* 2·9. gloria & honore, ተከለለ : coronatum.

አክሊል : corona,diadema. *Cant.*3.11. በአክሊሉ : in diademate,quo &c. *apoc.* 2.10. dab .tibi,አክሊለ : coronam. &c.

ከለሐ : clamauit,exclamauit,vociferatus eſt.*Luc.*1.42. & ከልሐት : exclamauit voce magna.*Ioan.*28·36. & ከልሑ : ኵሎሙ : clamauerunt omnes.

ከለስስት : manipulus , manipuli· *pſ.* 125· 6. portantes ከለስስቲሆሙ : manipulos ſuos. *pſ.* 128.7. qui colligit ከለስስቲሁ : manipulos.

ኬልቄዶን : Calcedonius.

ከለበ : canis, *plur.* ከለባት : canes. *pſalm.*67. 24.lingua ከለባቲከ : canum tuorum.*Luc.* 16.21. ወከልባትኒ : & canes veniebant .2. *Pet.*2. 22. ከልብኒ : canis reuerſus &c.

ከለኤ

ከለአ : prohibuit, vetuit Mat. 19. 13. ይከልእዎሙ : prohibuerunt eos. *Marc*. 7. 36. ይከልኦሙ : prohibebat eos.

ካልእ : alter, alius, ſecundus. *plur*. ካልኣን : alij. &c. *pſ*. 77. 6. vt cognoſcat ካልእ : altera generatio. Mat. 2. 12. & per ካልእ : aliam viā. *Mat*. 20. 2. & vidit ካልኣን alios ſtantes.

ካልእት : altera, diuiſio, alienatio, *in miſſ*. 163. 4. vt ſint ſine, ካልእት : diuiſione. Mat. 27. 61. ወካልእታኒ : & altera maiora.

ክልኤ : ክልኤቱ : duo. Matt. 11. 1. precipiens, ለዐሠርቱ : ወ ክልኤቱ : duodecim diſcipulis. *Mat*. 18. 8. quam ክልኤ : እደ : ወክልኤ : እግረ : duas manus, vel duos pedes.

ካልእየ : amicus. *femin*. ካልእት : amica. Cant. 5. 2. ſoror mea ካልእትየ : amica mea. Matt. 20. 13. 22. 12. & 12. 26. 50. ካልእየ : amice &c.

ኩልያት : renes, ren. *pſ*. 25. 2. cor meū & ኩልያትየ : renes meos.

መካልኣን : aduerſarij, alieni. 1. *Cor*. 16. 9. multi መካል ኣን : aduerſarij.

ከለዴ : Chaldea. *nom. prop. reg*. *act*. 7. 4.

ከሐከ : illic, ibi. *Mat*. 24. 23. *Marc*. 13. 21. *Luc*. 17. 23. ነዋ : ዝየ : ወ ነዋ : ከሐከ : ecce hic & ecce illic.

ክሕደ : negauit, abnegauit, pernegauit. *Mar*. 14. 27. ego autem ኢይክሕደከ : non negabo te. *ibid*. tu ትክሕደኒ : negabis me. *Luc*. 7. 22. & beati qui ኢይክሕዱኒ : non negauerint me. et non fuerint ſcandal. &c.

ተከሐደ : quæſtionem mouit, vrgendo reſtitit, alter catus fuit, diſceptauit, litigauit. *act*. 18. 15. ſi vero ትት ከሐዱ : queſtionem mouetis &c. *act*. 25. 19. ዘይትከሐዱ: quod, litigant.

አከሐደ : contendit, litigauit, reſtitit, cōtradixit. *Luc*. 24. 11. & non crediderunt illis ወአከሐድዎሙ : & reſtiterunt illis. *fem*. 1. *Cor*. 11. 16. & qui vult ለይከሐድ : cō tendat, nos autem &c.

Nom. ከሐድ : hęreſis, ſecta. *act*. 24. 6. & docet ከሐደ: ſectam hæreſim Nazarenorum.

መስተከሐደ : hæreticus. *Tit*. 3. 10. ለመስተከሐደ : ብእሲ: hæreticum hominem, &c.

ካም : Cham. *nom. prop. vir. pſ*. 77. 51.

ከመ : vt, quod, ad, ſicut, tamquam, ſicuti, quemadmodum, vti &c. *ſimilitudinis particula. pſ*. 16. 4. ከመ : ኢ: vt non loquatur. *psal*. 18. 6. & ipſe ከመ : tamquam ſponſus.

ከማሁ : ſimiliter, ſic, ita. *pſal*. 6. 7. 2. ከመ : ſicut deficit fumus ከማሁ : ſic deficiant.

ከመዝ : ita, ſic, talis. 2. *Cor*. 12. 5. pro huiuſmodi ዘከመዝ: qui talis eſt.

በከመ : ſecundum. *pſ*. 50. 1. በከመ : ſecũdum magnã. *pſalm*. 118. 76. ወበከመ : & ſecundum eloquium tuum.

ከሠተ : releuauit, manifeſtauit, reuoluit, aperuit, prodidit, traduxit diffamauit. *pſ*. 28. 9. ወይከሥት : & reuelabit cōdẽſa. *Mat*. 1. 19. noluit, ይክሥታ : traducere eã.

Mar.

*Mar.*16. 3. quis ይከሥት ፡ ለነ፡ reuoluet nobis &c.

ተከሥተ ፡ reuelatus,manifeſtatus fuit. *Ioan.*3.20.vt non, ይትከሥት ፡ manifeſtantur , *arguantur* opera eius. 2. *Theſs.* 2. 3. & ያትከሥት ፡ reuelatus fuerit &c.

*Nom.*ከሡት ፡ manifeſtus,manifeſtè, palam. *Marc.* 6.14.ከሡት ፡ ኮነ ፡ manifeſtum factum eſt.*Ioan.* 7.4. vult ከሡት ፡ palam eſſe.

ከሯከሯ : *indè*, ኣንከሯከሯ ፡ reuolutum fuit , reuoluit. *Mar.*16.4.*Luc.*24.2.inuenerunt lapidem, ኣንከሯከሯት ፡ reuolutum.

መንኰራኵር ፡ rota,rotę.*pſ.*82.14. pone illos vt መንኰራኵር ፡ rotam.

ከረመ ፡ hiems fuit.

ኣክረመ ፡ hiemauit.*act.* 27.12. ለኣክርሞ : ad hiemandum.1.*Cor.*16.6. ኣክርም ፡ hiemabo.

Nom.ክረምት ፡ hiems,annus.*Cãt.*2.11.ecce, ክረምት፡ hiems tranſiit. *Mar.* 5.26.& 52.ዓሠርቱ ፡ ወክልኤቱ፡ ክረምት ፡ duodecim anni.*Ioan.*10.22. ክረምት : ወእቱ ፡ hiems erat.

ክሩም : annoſus,vetus,vetuſtus.*Luc.* 5.39.& nemo bibens ክሩም ፡ vetus. *ibid.* ክሩም ፡ ይኄይስ vetus melius eſt.

ከርሥ ፡ venter, vterus,viſcera.*pſ.*50. 11. in, ከርሥየ ፡ viſceribus meis.*Cant.*7. 2. ከርሥኪ ፡ venter tuus.

ክርስቶስ ፡ Chriſtus.

ክርስቲያናዊ ፡ Chriſtianus. *pl.* ክርስቲያናውያን Chriſtiani.

ክሪስቶሉቢ : Chryſolitus, *genus lapidis præt. apoc.* 21.

ክሪሶጳሶስ : Chryſopraſus, lapis præcioſus. *apoc.* 21. 20.

ኵርበበተ : philacteria. M*att.* 23. 6. dilatant ኵርበበቲ ሆሙ : philacteria ſua.

ኮሬብ : Horeb. *nom. prop.* Pſ. 105. 19.

ከርቤ : myrrha. *pſ.* 44. 9. ከርቤ : myrrha, & gutta. C*ăt.* 4. 6. vadam ad montem ከርቤ : mirrhę. *Ioan.* 19. 39. ferens mixturam ከርቤ myrrhæ & aloes.

ኪሩቤል : Cherubim. *pſ.* 79. 2. & 98. 1. qui ſedet, ላዕለ : ኪሩቤል : ſuper Cherubim.

ምኵራብ : ſynagoga, templum, locus congregationis. *plur.* መኳርብት : & ምኵራባት : Mat. 6 2. በመኳር ብት : in ſynagogis, et vicis. M*arc.* 3. 1 introiuit iterum in ምኵራብ : Synagogam. I*oan.* 8. 2. iterum venit *in* ምኵራብ : templum. *act.* 9. 2. vt iret ኀበ : ምኵራባት : Synagogas.

ከርታስ : charta, papyrus, 2. I*oan.* 13. nolui በከርታስ per chartam, et atramentum.

ካራን : Caran. *nom. prop. act.* 1 1 12.

ከርካዕ : nux, nuces. C*ant.* 6. 10. in hortum ከርካዕ : nucum deſcendit.

ኰርዐ : percuſsit, colaphum impegit, dedit alapam, pignis, colaphis cæcidit. M*ar.* 15. 19. & ይኰርዕዎ : percutiebant caput eius. L*uc.* 22. 65. ዘኰርዐከ : quis percuſsit te. 2. C*or.* 12. 7. ወይኰርዐኒ : & colaphizet me.

ተኰርዐ : colaphizatus, colaphis cęſus fuit. 1. C*or.* 4. 11.

411 . ወንትኰረዕኒ ፡ & colaphis cædimur.

ኮራዚ ፡ Corazain..*nom.prop.*M*at*.11.21.

ከረየ ፡ fodit,perfodit.*ps*.56. 7. ከረዩ ፡ foderunt, foueam.L*uc*.6.48. ወከረዮ ፡ & fodit eam.

ተከረየ ፡ fossus,perfossus fuit.*ps*. 93.13.donec ይትከረይ ፡ fodiatur peccatori &c.

ከርዳድ ፡ carduus , cardui, zizania, lolium.*Matt*.13. 25.& superseminauit ከርዳድ ፡ zizania.

ከሰተ ፡ *vide* ከሠተ ፡

ኮሳኰስ ፡ punctatus,vermiculatus. C*ant*.1.10. ኮሳኰስ ፡ vermiculatas argento.*Mar*.7.8.ኰሳኰሳት ፡

ኰስተረ ፡ *significat* emungere, mundare. L*uc*. 11. 25. ወኰስቶረ ፡ scopis mundata.

ክሳድ ፡ collum,ceruix, occiput.*Cant*. 1.10.& ክሳድኪ ፡ collum tuum. *Rom*. 16.4. ክሳዶሙ ፡ suas ceruices.

ከብካብ ፡ Nuptię. *Mat*.22.2.ዘገብረ ፡ ከብካብ ፡ qui fecit nuptias filio suo.I*oan*.2.1.ከብካብ ፡ ኮነ ፡ nuptiæ factę sunt.

ከብረ ፡ honorauit,glorificauit,honoratus,nobilis fuit. L*uc*. 4.23. *Ioan*.4.44. ኢይከብር ፡ non honoratur, propheta in patria sua.

አክበረ ፡ honorauit. M*arc*.7.6.labiis suis, ያከብሩኒ ፡ honorant me. *Ephes*.6.2. አክብር ፡ አባከ ፡ honora patrem tuum.

N*om*. ክብር ፡ honor,gloria,veneratio, reuerentia. *ps*.20.6.magna *est* ክብሩ ፡ gloria eius.*ps*.8.6. ክብረ ፡ gloria & honore. & *ps*. 28. 2. afferte Domino

ክብረ፡ gloriam *venerationem.*

ክቡረ፡ honoratus, glorificatus, nobililis, pręcioſus, reuerendus. *plur.* ክቡራን፡ honorati, honorificati, nobiles. *pſ.* 20.4. ዘእምዕንቍ፡ ክቡር፡ de lapide precioſo. *pſ.* 138.17. nimis ክቡራን፡ honorati ſunt amici tui. &c. *Luc.* 7.2. ክቡር፡ precioſus erat illi.

ከበሮ፡ tympanum. *pſ.* 80.2. & date ከበሮ፡ tympanum. *pſ.* 149.3. በከበሮ፡ in tympano.

ከበተ፡ occulauit, abſcondit. *Luc.* 1.24. & ከበተት፡ ርእሳ፡ occultabat ſe, *fem.*

ተከበተ፡ latuit, occultatus fuit, *Luc.* 8. 47. quia non ተከበተ፡ latuit.

ከበከ፡ abſcondit, *vide* ኀበከ፡

መንከቢያት፡ pollex, *Luc.* 2.7. & 12. ligauit, መንከቢያቲሁ፡ pollicem eius.

ከብደ፡ grauis fuit. *pſ.* 31.4. ከብደት፡ እዴከ፡ grauata eſt manus tua. *Cor.* 1.8. ከበድነ፡ grauati fuimus.

አክበደ፡ grauauit, aggrauauit. *pſ.* 4. 3. vſquequo ታከብዱ፡ ልበክሙ፡ grauatis corda veſt. 11. *Cor.* 12.16. ego ኢያክበድኩ፡ ላዕሌክሙ፡ non grauaui vos. *Luc.* 21. 34. ne, ታክብዱ፡ grauentur. &c.

Nom. ክቡድ፡ grauis, grauatus. *plur.* ክቡዳን፡ grauati *Mar.* 14.41. quia, ከብድ፡ grauati, erant oculi, &c. *luc.* 9.32. ክቡዳን፡ በንዋም፡ grauati ſomno.

ክብድ፡ pondus. *Hebr.* 12.1. & abiiciamus à nobis ኵሎ፡ ክብደ፡ omne pondus.

ኰነነ፡ damnauit, condemnauit, iudicauit, diiudicauit,

cauit, vindicauit, gubernauit, adminiſtrauit. *pſ*. 2. 10. qui ትኰንንዋ : iudicatis, terram. *Luc*. 18. 9. አኰንና vindicabo illam. I*oan*. 3. 17. vt, ይኰንኖ : ለዓለም : vt iudicet mundum.

ተኰነነ : iudicatus, damnatus, condemnatus fuit, ſubiectus, ſubditus eſt. I*oan*. 3. 17. qui credit in eum, ኢይትኰነን : non iudicatur, & qui non credit, ወይእ : ተኰነነ : iam iudicatus eſt. 1. *Pet*. 3. 1. mulieres, ተኰነና ; ſubditæ ſint &c.

አኰነነ : poteſtatem dedit, iudicem conſtituit. I*oan*. 17. 2. ſicut አኰነንኮ : dediſti eum poteſtatem &c.

Nom. ኵነኔ : iudicium, damnatio. *pſ*. 18. 10. ኵነኔሁ : ለእግዚ እብሔር : iudicia Domini. *Rom*. 8. 1. nihil ergo, ኵነኔ : እለ : damnationis eſt iis.

መኰንን : & መኵናን : iudex, poteſtas, præpoſitus. *plur*. መኳንንት : iudices, magiſtratus, præpoſiti. *pſ*. 49. 6. quoniam Deus መኰንን : iudex eſt. *act*. 16. 20. et 32. 38. ለአኩ : መኳንንት : miſerunt magiſtratus. *Heb*. 17. 7. mementote, መኳንንቲክሙ : prępoſitorum veſtrorum.

ከናአን : Chanaan. *nom. prop. Reg. Ps*. 104. 11.

ከናናዊ : Chananæus. ከናናዊት : Chananęa. *Marc*. 15. 22. & ecce mulier ከናናዊት : Chananæa.

ከንቱ : et ከንቶ : inane, vacuum, fruſtra. *pſ*. 2. 1. & populi meditati ſunt ከንቱ : inania. *pſ*. 126. 3. ከንቱ : fruſtra, in vanum &c. 1. *Theſ*. 3. 6. ወለከንቶ : ይከውን : & inanis fiat &c.

ኵናት : gladius,ensis,framea,lancea.*ps*.77.62.& 64. በኵናት : in gladio ceciderunt. Ioan.16.32. aperuit latus eius dextrum በኵናት : lancea.

ክንፍ: ala,penna. *psalm*.56.2. 60.5.sub vmbra,ክንፊከ: alarum tuarum. *apoc*.4.8. ለለ : ዐሐዱሆሙ : በበ : ፯ ክንፊሆሙ : singulæ eorum habebant alas senas·

ከናፍር: labiũ,labia.*ps*.50.17.aperies ከናፍርየ:labia mea.

ኰኵሕ : petra.*psal*.26.6.39.3.in ኰኵሕ : petra exaltasti me.*Mat*.16.18.አንተ : ኰኵሕ : tu es Petra.

ኮከብ Stella, astrum.*plur*. ከዋክብት : stella,astra.*psal*.8.4.lunam, & ከዋክብተ : stellas.*apoc*.2.28.dabo illi, ኮከበ : ጽባሕ : stellam matutinam. *ps*.109.2. ante, ኮከበ : ጽባሕ : luciferum,&c.

ኮወል : arbor nauis, malus.*pl*. አኰዋል : Marc.4.37. apud ኮወለ : ሐመር : arborem nauis.Cant.2.5.stipate me አኰዋል : malis.

ከወሰ : *vide*, ኀወሠ : mouit.

ኮነ : fuit , est, factus est.*ps*.37.15.ኮንኩ : factus sum.*ps*.71.19. ለይኩን : ለይኩን : fiat fiat.*Mat*.21.4. ዘኮነ : hoc factũ est.*ibid.ver*.38. ይኩነነ : ለነ : erit nobis, *habebimus &c.& ver*.2. à Domino ኮነ : ዝቲ: factũ est istud. 2.Cor.12.16. ከዊንየ : esse ego &c.*cum essem.*

ከዊን : fieri, esse. Matt.10.16. ኩኑኬ:ጠቢባን : estote ergo prudentes.

ከዕበ : denuo,iterum. Matt.22.1.*Marc*.2.1. &c.

ምክዕቢት : vices,plus, pluries. Luc.8.8.ምእት : ምክዕቢት;

ዕበ.ተ : cẽties,cẽtuplũ.*luc*.18.30·በዙኀ: መከዕበ.ተ: multa plura.2.*Cor*.12·15· ego autẽ መከዕበ.ተ : plus &c.

ከዐወ : effudit,fudit,diffudit·*ps*.13.3. ለከዓወ : ደም: ad effũdendum sanguinem.*ps*. 78. 3. ከዐዉ ; effuderunt.

ተከዕወ : fusus,effusus,diffusus fuit.*ps*.44. 3.ተከዕወ: diffusa est· *Mat*. 26. 28. ዘይትከዐዉ: qui effundetur.

ከይሴ : serpens, draco.*ps*.90·13. conculcabis leon. & ከይሴ : draconem.

ኪን : ars·*act*.18. 3. quia ኢሐዱ ኪናሙ: eiusdem artis erant. *vna ars eorum*.

ኬንያ : artifex. *plur*. ኬንያት : artifices. *act*.19.38.qui cum eo ኬንያት artifices. *apoc*.18 17. & omnes ኬነት: ኢሕማር: gubernatores nauium. & *ver*. 22. non inuenietur in te.ኵሉ : ኬንያ : ዘኵሉ : ኪን : omnis artifex omnis artis. *Cant*.7.1. እደ : ኬንያ : manu artificis.

ከየደ : & ኬደ : calcauit,conculcauit. *ps*·90.13. ትከይዴ : conculcabis , leonem,&c. *Mat*.5·13. ይከይዱ : conculcant illud.

ተከየደ : calcatus,conculcatus fuit.*luc*.12.1.ይትከየዱ: conculcarentur. *apoc*. 11· 2. ወይትከየድዋ : & calcabunt eam·

ተከየደ : *significat etiam* , vouere,promittere, statuere firmiter· *ps*. 82. 6· pati sunt ወተከየዱ : & firmiter statuerunt·

አከየደ : calcare fecit,triturauit.1.*Cor*.9. 9. quando ታከይደ : triturat.

መከደደ : መከየደ : መከየደ : et መኪየደ : calceamentum,ſcabellum. *pſ*.59.10. in Idumæum extendam መከደደየ calciamentum meum. *pſal*.109.2. መኪየደ: እግሪከ : ſcabellum pedum tuorum.

ምከየደ : torcular.M*at*.21.23. fodit in ea መከየደ : torcular.

ከደነ : operuit, protexit, cooperuit.*pſalm*.84. 3. ከደ ንከ : operuiſti.*pſ*.19.14. አከደና : protegam eum.

ተከደነ : protectus,defenſus fuit.*pſ*.60. 5. አትከደና : protegar in &c.

N*om*. ክዱን : occultus,coopertus. L*uc*. 12.12.nihil, ክዱኒ : opertum eſt.I*oan*.11.39.ክዱኒ:

ከደነ : operimentum, interula, ſubucula, camiſia, tunica.L*uc*.3. 11 qui habet duas,ልብስ : ከደናት : veſtes interiores interulas. *Ioan*.19.24.et erat ከደን : tunica etc.*act*. 18.3.quia, ከደን : ተሰቀለ : artis ſceno factoriæ erant.*tentorij*.

ከፈለ : diuiſit,partitus eſt. L*uc*.12.13. dic vt. ይከፍለኒ : diuidat mecum. *Marc*.6.4. et ከፈሎሙ : diuiſit eis.

ተከፈለ : diuiſus, diſtributus, partitus fuit, diuiſit. *pſal*. 21. 19. & *Ioan*. 19.22. ተከፈሉ : diuiſerunt, veſtim.etc.*pſ*.59.8.et አትከፈል : partibor.

Nom. ክፈል : pars, portio. *pſ*. 62.11. ክፍለ : partes vulpium.

ከፋሊ : diuiſor. *luc*.12.14. quis me conſtituit, ከፋሊ : diui-

diuiſorem.

መክፈልት : portio, pars. *pſ*.15.5. Dominus መክፈልት : pars. *pſ*.41.6. መክፈልትየ : portio mea.

ከፈር : modius. *Matt*. 5.15. et ponunt eam ſub ከፈር : modio.





LITERA ው W.

ወሀበ : dedit, tradidit.*ps.* 1. 3. quod, ትሁብ : dabit.*ps.* 71.1. ሀበ : ለንጉሥ : da regi, *Mar.* 20. 4. እሁበክሙ : dabo vobis· *Ioan*.4. 10. ዘወሃበነ : qui dedit nobis.

ተወሀበ datus fuit. *Mat*.77. & ይትወሀበክሙ : dabitur vobis. *Mat*.13. 11.vobis.ተወሀበ : datum est.

Nom.ሀብት : donum, munus. *Matt*.7. 9. si vos &c. nostis ሠናየ : ሀብት : ወሂበ : bonum donum dare &c. *Mat*.15. 5. ሀብት : munus quodcumque.

ወሀከ : & ወሐከ : turbauit, commouit, concitauit, per turbauit, exacerbauit, excitauit, conturbauit· *ps.* 77· 40. et ወሀከዎ conturbauerunt eum, ወወሐክዎ : exacerbauerunt. *act*. 13 ·50. ወወሐክዎን: concitauerunt Iudei mulieres &c. *Rom*. 1. 32. qui, ይዌሕክዎ : excitant &c.

ተሀወከ . turbatus, concitatus fuit.

ወልታ : scutum, clypeus, arma. *ps.* 5 ·13· ወልታ : scuto, voluntatis. *Rom.* 13· 12. induamur ወልታ : arma lucis.

ወለደ : genuit, peperit, procreauit· *ps.* 2.7· ወለደ ከከ : genuit te. *Luc*.1· 31·et ትወልዲ ; ወልደ : paries filium.

ተወ

ተወልደ ፡ natus, genitus, progenitus fuit. *Matt*. 2.1. ወተወሊዶ ፡ cum natus esset. *Luc*. 1. 35. quod autem ይትወለድ ፡ nascetur ex te.

Nom. ወልድ ፡ filius. *plur*. ወሉድ ፡ filij. *ps*. 2. 7. ወልድየ ፡ filius meus es tu. *ps*. 28. 1. afferte Domino, ወሉደ ፡ filij Dei.

ወለት ፡ filia. *plur*. አዋልድ ፡ filię. *ps*. 44. 10. አዋልደ ፡ filiæ, regum. *ibid*. audi, ወለትየ ፡ filia mea.

ወላዲት ፡ genitrix. *in miss*. 164. 2. Maria, ወላዲተ ፡ አምላክ ፡ genitrix Dei.

ትውልድ ፡ generatio, progenies. *Ps*. 48. 12. ለትውልደ ፡ ትውልድ ፡ progenie progenierū. *Mat*. 1. 17. ኵሉን ፡ ትወልድ ፡ omnes igitur generationes &c.

ልደት ፡ genealogia, generatio, natiuitas, natalis, creatura. *Matt*. 1.1. liber ልደቱ ፡ ለኢየሱስ ፡ generatio Iesu. *Luc*. 1.14. multi, በልደቱ ፡ in natiuitate eius. *Rō*. 8. 39. nec alia ልደት ፡ creatura.

ወለጠ ፡ mutauit, equauit, formauit, conformauit, consiliauit, reconsiliauit, concordauit, pascificauit. *ps*. 101. 27. ትዌልጦሙ ፡ mutabis eos. *ps*. 105. 20. ወወለጡ ፡ & mutauerunt gloriam suam.

ተወለጠ ፡ mutatus, transmutatus, im̃mutatus, transformatus, transfiguratus fuit. *ps*. 101. 27. & ይትዌለጡ ፡ mutabuntur. *Mat*. 17. 2. *Mar*. 9. 2. ወተወለጠ ፡ ራእዩ ፡ trāsmutatus, est vultus eius, *transfiguratus est* &c. *Cor*. 15. 12. & nos ንትዌለጥ ፡ im̃mutabimur.

መወልጥ ፡ nummularius. *plur*. መወልጣን ፡ nummularij.

larij. Mar. 11. 15. & menſas, መወልጣን : nummulariorum, &c.

ወሐከ : *vide ſuperius* ወሀከ :

ወሐዘ : & ውኅዘ : fluxit, ſtillauit. *pſ.* 45. 5. ፈለግ : ዘይውሕዝ : fluminis impetus. *flumen quod impetu fluit.* Cāt. 4. 16. ዘይውሕዝ : quæ fluit *impetu* de libano. *ibid.* ወይኅዝ : & fluent aromata mea.

አውሐዘ : fluere fecit, effluxit, fluxit. *pſ.* 77. 16. ወአውሐዘ : ማየ : & fluere fecit aquam, *&* *eduxit aquas.* *ibid. ver.* 20. ወይውኅዝ : ማየ :: fluerere fecit aquam.

Nom. ውሒዝ : flumen. *plur.* ውሒዛት : Matt. 7. 25. venerunt ውሒዛት : flumina &c.

ውኅዘት : fluxus. Luc. 8. 44. & ſtetit confeſtim ውኅዘተ : ደማ : fluxus ſanguinis eius.

ወሐደ : & ውኅደ : parum, paucum, modicum fuit. *pſ.* 106. 39. & ውኅዱ : pauci facti ſunt.

አውሐደ : minorauit, minuit, diminuit. *pſ.* 88. 64. አውሐድከ : minoraſti, dies, &c. *pſ.* 106. 38. ኢያውኀደ : non minorauit.

